


list. urb. Germ
716



Eicut. Franc. Jap. 7
A
TERRA. REGNITIANA

SECERNIT

KOZAVIAM. SUPERIOREM

AD. AVDIENDOS

IN. TRES. GERMANIAE. CELEBERRIMAS. ACADEMIAS

BONA. PACE. DIMITTENDOS,

D. XXXI. MART. CXCICCLI

STATIM. EX. SACRIS. MATVTINIS

IN. ILLVSTRE. CVRIANVM

CVRIAE. PROCERES. ET. CIVES

QVO. PAR. EST. CVLTV

RITE. INVITATVRVS

GYMNASII. RECTOR

PAVLLVS. DANIEL. LONGOLIVS

A. M. FAC. PHIL. LIPS. ADSESS. ET. SOC. IENENS. LATIN. SOC. HONORARIVS

CVRIAE. REGNITIANAE
LITERIS. IOANNIS. ANDREAE. HETSCHELII
GYMN. TYP

. urb. Germ.

62

DE KOZAVIA SVPERIORI

§. I.

Est et in iis literis, 1.) quibus potiores fundi, qui hodie in Curiensi prouincia censentur, sedes equestris ordinis indicantur, *Kozauia*.

§. II.

Variatum est nomen figuris multigenis, et fere tot, quot oris quot pennis expresum: *Koczau, Koczaw, Koczawe, Koczawe, Koczgaun, Koczgawe, Kozza, Kozau, Kozaw, Kozze, Kozlau, Kozlaw, Kozau, Kozaw*.

§. III.

Quaenam vero causa et qui natales istius adpellationis? Vocem esse compositam, vel primo statim adpectu adparet. Sed vnde? 1.) Dabitur ergo venia, si rem acu haud tetigerim, quippe quae supra aliquot secula repetatur.

§. IIII.

De adpendice *au* nuperrime 1.) satis dictum fuit. Ita vero *Kocz, Koz* siue *Koz* remanet. Quid autem hoc? Respondebit Germaniae nostrae Aristarchus 2.) *stragulum villosum* aut *scortum*. Sed non memini aliquod illius vocis vestigium hic locorum inuenisse, vel eam in aliquo antiquo documento legisse, ni huc referas Franco-*niae nostrae Kozaurach*. 3.)

§. V.

Vulgo quidem nostro auditur *Kozen*, quod ipsi est vomere. 1.) Et omnino exinde natum videtur Lignicii Silesiorum *Kozenau*. 2.)
Aut

1.) Superiori anno propositis libello, cuius frons: An Curiae Regnitianae Prouincia Hodierna Prisca Terra Regnitiana §. V.

§. III. 1.) Docturus fuisset omnium optime Fridericus Christianus Wilhelmus L. B. S. R. I. de Kozau, nisi eum in ipso aetatis flore praematura mors Topographiae Baruthinae simulque orbi erudito intercepisset.

§. IIII. 1.) In Rehana §. III

2.) Glosario paullo ante excitato v. *Kotz* p. 875.

3.) Cuius mentionem facit Hœnnii Lex. Topogr. Francon. h. v. p. 267.

§. V. 1.) Obseruante eodem Wachtero h. v. p. 875.

2.) De quo Henelius ab Henenfeld Chron. Duc. Monsterberg in de Sommersberg Siles. Rer. Script. Tom. I. p. 150. huiusque Diplomatar. Boh. Siles. N. CXXXVIII. l. c. p. 1018. seq. Lucae in Schles. Denkw. P. III. Cap. VIII. p. 1234. et P. VII. Cap. I. p. 2153.

A TERRA REGNITIANA DIVERSA.

Aut igitur nostrum *Kotzau* Syncopen passa fuerit, cuius tamen in tot, quot me cum habeo, sunt autem ultra quinquaginta, ne vola quidem, aut eius nominis origo plane alia.

§. VI.

Sed quaenam? Forte *Kot*. Papae! Non est, quod inde maculam timeas. Non diffiteor *sordes* innuere. Quid tum? Num istius modi similia in nominibus locorum et hominum plane nulla? Quaenam inde iniuria? Sed si quam inde tibi metuis, interpretabere pro *tugurio* vel *spelunca ferarumue cubili*. 1.) Illud forte in proximo *Kotitz*, vbi illi Soraborum *iz* adpensum. 2.)

§. VII.

Vlterius institeris: vnde tunc *zau*? Largiaris, quaeso, *z* vt *ts* fonare et compendii in scribendo faciendi gratia ortum esse, 1.) immo magis minusue dentibus linguam illidentibus *z* cum *f* permu- tari. 2.) Iam vel me non monente intelliges, ex hoc *zau* emergere *fau*. Sed et hinc Kozauiae meae nulla labes. Nec suum in alendis hominibus vsus plane nullus: et cui venatori non exurgit oportu- ne aper immanis toris callosae cutis obesus, pilis inhorrentibus co- rio squalidus, fetis insurgentibus spinae hispidus, dentibus adtritu fonaci spumeus, oculis adspectu minaci flammeus, impetu faeuo fre- mentis oris totus fulmineus?

§. VIII.

Fuerit igitur *Kotzau cubile aprorum*, quos saltus, quibus fere adhuc cingitur, quanto magis olim, vbi longe maiores densioresque venantibus aptissimi, non plane nullos in hunc vsque diem fugge- rit. Et quantum spatium distat eam inter et *Rebauiam*? Vix bina-

R 2

rum

1.) Praeunte eodem Wachtero voce ista p. 874.

2.) Quod olim, si Deo visum, ego pluribus In Curia Regnitiana an Soraborum.

§. VII. 1.) Sane ita sentiunt Bellinus Hochdeutsch. Rechtschreib. Sect. VI. Th. 15. in Leipz. Crit. Beytrag. P. XXI. N. III. p. 61. Wachterus Glos- sar. Germ. Prolegom. Sect. III. v. Z.

Schusterus de Linguis III. Cardinali- bus Cap. II. Sect. II. §. VII. et Cel. Gottschedius Gramm. Teut. P. I. Cap. I. §. 3. Vide me ad antiquam tabulam modo nominandam not. 252.

2.) Cuius exempla petas ex Wach- tero in Prolegom. Sect. III. sub litera Z, et me ipso ad Tabulam Teutoni- cam Plauiae p. C. n. CIÖCXXXIII. da- tam not. 20, et 40, proxime publi- candam.

DE KOZAVIA SVPERIORI

rum horarum itineris. Eam vero non puduit priscis audire *Re-
sau* 1.) quasi cubile *ceruorum aprorumque*.

§. VIII.

Non tamen silentio praeteream, quod quibusdam, et si vix vni alteriue, posterior syllaba *kau* vel *kaw* 1.) sit. Quis vero pagorum istorum mediæ aevi tam hospes, ut nesciat, multos desinere in *ka*, *kaw*, *kewe*, *kowe*? 2.) Coniecerit hinc aliquis, *Kozgau* esse scribendam. Et sane ita quidam, 3.) cuius exemplum in proximo *Satzgau*. Pro eo facile *Kozkau* acutius eloquentibus, quibus *g rā* *ē* propius accedit, 4.) quem ad modum vicissim *Regni* noster quibusdam *Recken* fuit scriptus. 5.) Sed et confirmat superius 6.) *Koczchawe*, quippe quod *ch* subinde pro *g* 7.) fuit adhibitum.

§. X.

Si cui *Kozau* est *Gotsau* vel *Gottesau*; rationem eius adpellationis reddat, simulque exemplis doceat, vulgo nostro degenerare *Gots* in *Kots*, quod mihi quidem hic adhuc non obuenit, et si noui, *Keronis* glossam 1.) *Cot* pro *Got* exhibere. Est quidem in proximo *Gottfriedsreut* et *Gottmansgrün*. 2.) Quis vero illa *Kottfriedsreut* et *Kottmansgrün* eloqui audiuit? In aliis quidem ipse 3.) agnoui istius modi permutationem.

§. XI.

Reliqua scripturae disfidia neminem morabuntur. Quis enim *e* ante *z*, 1.) *w* pro *u* 2.) et *e* post *w* 3.) haud conspexerit in priscis?

§. XII.

- | | |
|--|---|
| <p>1.) De quo nuperrime.
§. VIII. 1.) Recurre ad §. II.
2.) Quales nominavit Pffingerus diligentissimus ad Vitriarii I. P. Lib. I. Tit. XVII p. 583. seq.
3.) Vt iam §. II. indicatum, et <i>Analecta mea P. II. Cap. II. v. Doberlitz</i> dabunt.
4.) Quod iam animaduersum est in Prolegomenis Wachterianis Sect. III. sub <i>G</i> et <i>K</i>, item Sect. V. sub <i>K</i>.
5.) Ex indicio Curiae meae vnde <i>Regnitiana</i> cognominatur §. V. vbi vide sis not. 7.
6.) Nota 3. modo indicatum.</p> | <p>7.) Quod probant pagi quidam in <i>Chou</i>, <i>Chawe</i> et <i>Chowe</i> desinentes, quales collegit saepius laudatus Pffingerus p. 576.
§. X. 1.) In Wachteriano Glosario v. <i>Gott</i> p. 600.
2.) De quibus videas Hoennium p. 252. seq. dum plura in <i>Analectis Brandenburgicis</i> adposuero.
3.) Supra §. VIII.
§. XI. 1.) Si quis tamen sit, discat id ex multis exemplis in isto nostro <i>Commentario</i> paullo ante promisso n. 44.
2.) Vt de hoc in <i>Rehauia</i> nostra §. V.
3.) Vt eodem loco,</p> |
|--|---|

A TERRA REGNITIANA DIVERSA,

§. XII.

Est autem in prouincia Curiensi Kozauia duplex, quibus Curia Regnitiana interiacet. Qua meridiem *superior* intra primum lapidem, nostratibus *Oberkozau*, qua septemtrionem *inferior* cognominata, quo *Unterkozau* ab illa vulgus distinguit, tametsi haec distinctio veteribus non custodita, quod rebus haud penitus imbutos facile in errores deducit.

§. XIII.

Haec cultu an recentior, et ad imitationem alterius superioris idem nomen nacta, quia eius situs fere idem in vtraque Salae ripa, quo via per horam dimidiam Curia nostra secundo flumine, non extricabo, cum aequae vetusta monumenta de ea in meis loculis, 1.) qualia de superiori. Sane iam mihi nihil est cum eo negotii, cum genti Kozauianae numquam paruit, quin antea maximam partem, ex aliquot annis omnis, caret nobili possessore, cetera Serenissimo Marggrafio Baruthino subiecta. 2.)

§. XIII.

Res igitur mihi est cum Kozauia superiori. 1.) Eam enim, non illam, tenuit a multis seculis gens nobilissima, quae inde nomen sortita fuit, olim hic locorum opulentissima, sed superiori seculo extincta.

R 3

1.) Quale prope diem legas in Analectorum meorum Brandenburgicorum P. I. Cap. II. v. *Alsenberg*.

2.) Hinc siue emenda siue subple, quae prodiderunt Willius *Deutsch*. *Paradis*. Cap. XXI. §. 19. *Grosius* von den Stromen des *Sichtelberg* S. 73. vnde I. H. D. *Hydrog. Lexic.* v. *Saale* p. 500. nisi quod ex operarum incuria *Unterkozau* pro *Unterkozau*. *Hoennius* *Lex. Topogr. Francon.* v. *Unterkozau*. p. 301.

§. XIII. 1.) Videas *Willium Deutsch*. *Paradis*. Cap. XXI. §. 8. *Planerum* *Hist. Varisc.* P. I. Cap. XXIII. *Imhofium* *Notit. Proc. S. R. I. G. Lib. III.* Cap. III. §. 16. *Laurum Burggr. No-*

ric. §. 24. 34. et 52. *Pastorium Francon.* *Rediuu.* p. 71. *Grosium* cum von den *Sichtelberg*. *Strom.* p. 73. vnde aequae I. H. D. *Hydrog. Lex.* p. 499. tum in der *Burg- und Marggraf. Brandenb. Land. und Regent. Hist.* Cap. VIII. §. 2. p. 410. *Hoennium* *Lex. Topogr. Franc.* v. *Oberkozau* p. 279. *Abelium* *Pr. und Brandenb. N. und St. Geogr.* P. I. Cap. X. §. 2. p. 429. *Cl. Hagerum* *Geogr.* P. II. Lib. III. Sect. 3. p. 294. seq. *Goldschadium* *Beschr. der Markt- Fleck, Fleck etc.* v. *Oberkozau* p. 380. Inde emendandus *Spangenbergius* *Mansfeld. Chron.* Cap. CCCXVI. p. 367. *Kotjscha* exhibens a *Grosio*

DE KOZAVIA SVPERIORI

extincta. 2.) Qui enim iam tenent, arce in edito eius monte cum horto amoenissimo egregia instructa, orti sunt a Georgio Alberto iuniore, dum viueret, Marggrafio Brandenburgi de familia Culmbacensi Serenissimo, S. R. I. liberi Barones de Kozau. 3.) Hos vero inter et illos hic sedem fixerant Mufflingii et Philippus Ludouicus, Dux Holfatiae de familia Wisenburgica. 4.)

§. XV.

Sed quaeritur, cum haec Kozauia hodie est in Curiensi prouincia, an olim quoque in terra Regnitiana? Recenti adhuc puto tibi fore memoria, 1.) anno seculi decimi quarti tertio et septuagesimo ab Aduocatis de Wida emisse Fridericum inter Burggrafios Norimbergenses quintum Curiam Regnitianam. Iam vero plane alii, id est, Kozauii, ac viginti annis citius, immo alii, aliquid de villis suis vendiderunt. Demonstrabunt illud sequentes literae:

Wir Cunrat Gerhart vnd Heinrich gebruder von Koczawo bekennen offentlich an diesem brief daz vns die edeln vnserer liebe gnedige herren her Iohans vnd Albrecht burggrafen ze Nurnberch geben vnd bezalt haben zwai hundert phunt haller ze purchgut vnd haben in die beweist in dem dorffe ze Quelnreut zwainczig phunt gutes geltes, die wir van in haben sullen ze ainem purchgut vnd sullen auch die selben purchgut gantzlich verdienen als ander ir purchman vnd als

meo in Burg- und Marggräfl. Brandenb. Kriegshist. Cap. VI. p. 43. transcriptus.

2.) De qua per me licet euoluas Willium, Grosium loco posteriori et Hagerum; plura autem si cupis, me in Lex. Vniu. v. Kozau p. 1598. seqq. dum aliquando in Analectis Brandenburgicis adparatum meum exposuero.

3.) Indicibus Willio, Imhofio, Hoennio, Hagero antea nominatis, item Abelio et c. l. et in Pr. und Brandenb. N. und St. Hist. P. I. Cap. VIII. §. 5. p. 375. Grosio in Regent. Hist.

p. 411. quibus addas Struuium Hist. Archiv. P. I. N. XIII. p. 373. Pfefingerum ad Vitriarii I. P. Lib. III. Tit. XVII. §. 100. p. 1309. C. Hubnerum Geogr. P. III. Lib. III. Art. II. N. III. et patrem Geneal. Tab. CLXXXI. Gen. de Falkenstein Antiq. et Memorab. Nord. Vet. P. III. p. 512. vt et Planerum Hist. Varisc. P. I. §. XVI.

4.) Consule supra nota 2. nominatos.

§. XV. 1.) Si tamen ea exciderit, reuolue libellum, quo inquirebam: An Curiae Regnitianae Prouincia hodierna Prisca Terra Regnitiana.

A TERRA REGNITIANA DIVERSA.

als purchgut gewonheit vnd recht ist zu verdienen mit der bescheidenheit, ob vnser ainer oder vns alle daz egenant purchgut nicht lenger enfuget zu verdienen, so sullen wir vnsern egenanten herren ez sei wir alle ader vnserer ainer ader zwen die egenanten purchgut aufgeben, ader die egenanten haller wider zegeben die sie vns darum gegeben haben an allen furzog vnd an geuerde, vnd sullen wir darnach von in ledig vnd lose sein an geuerde Vnd daz ze vrkunde der vorgeschriben rede, so haben wir Cunrat vnd Gerhart die egenanten von Koczaw vnserer insigel gebangen an disen brief vnd ich Heinrich von Koczaw gelobe auch mit guten trewen alle diese rede stet vnd gancz zu behalten, vnd verbind mich dez vnder der egenanten miner bruder insigeln wann ich dhein aygen insigel enhan Der brief ist gegeben an dem dinstag vor dem suntag oculi in der vasten, da man zalt von kristus geburt drewczzenhundert jar in dem drew vnd funfczzigistem jar. Hae mihi persuadent, Kozauensia non pertinuisse ad terram Regnitianam, quippe quae integra ne minimo quidem excepto fuit vendita. 2.)

§. XVI.

Addent, si forte ista leuiora, pondus haec: 1.)
Wir diß nachgeschriben, mit namen Nickel vnd Friderich von Koczaw zu Koczaw geuettern bekennen offenlich mit dem brife, das vns der erleucht hochgeborn furst vnd herre her Albrecht marggraue zu Brandenburg vnd burgrau zu Nurmberg, vnser gnediger herre diß nachuolgende lehen von seinen gnaden vnd der burgrauenschaft zu Nurmberg, zu lehen herrurende auf heutt datum dicz brifs, zu rechtem manleben zu gesambter hant, recht vnd redlich gelyhen hatt, die wir von seinen gnaden empfangen haben vnd sind ditz die lehen, mein Nickel von Koczawe jtem zu Osseck einen hoff, mit seiner zugehorunge jtem ein gut zu Draifsendorf mit seiner zugehorunge jtem acht gutt zu Wurlitz hof vnd felder mit sambt einer schenckstatt vnd ein mull mit jrer zugehorung jtem zween hofe vnd zwu feldern zu Wustenprun mit jrer zugehorunge jtem funf gutt zu Langenbach mit jrer zugehorunge

2.) Quod iam idem libellus §. VII. docuerit.

§. XVI, 1.) Quae etiam sub prelo

sunt in meis Analectis Brandenburgicis P. I, Cap, II, v. Autengrün.

DE KOZAVIA SUPERIORI

runge mit sambt eynem teych jtem zween hofe zu Swingem mit jrer zugehorunge jtem drey gutt zu Swertzenbach vnd ein teych mit jrer zugehorunge, jtem einen hoff zu Stoberßreutt mit seiner zugehorunge, jtem zween hofe zu Fletterßreutt mit jrer zugehorunge, jtem zwey gut zu Virſaw mit jrer zugehorunge, jtem einen halben hoff zu Kyschwytz mit seiner zugehorunge, jtem zwey guter zu Swingen mit jren zugehorungen jtem vier gutt zu Wusterbrun mit jrer zugehorunge jtem zwey guter vnd einen zebenten zu Weyßelßdorf mit jrer zugehorunge, jtem sechs guter zu Seylbitz mit aller jrer zugehorunge, jtem ein wasser vnd ein wifen an der Regnitz gelegen, jtem so hab ich fur affter lehen empfangen eynen halben hoff zu Kyschwitz vnd einen halben hoff zu Weintitz, jtem so haben wir auch samentlich fur reychs lehen empfangen ich Nickel von Kotzaw diß nach geschriben lehen jtem das slos halb zu Kotzaw, vischwassern, holtz veltt wifen vnd was dorzu gehortt jtem dreisig gutt gelegen zu Kotzaw jm dorf hoff vnd selden mit lewthen guten wifen holtz vnd veltt vnd was dorzu gehoret jtem Autengrun vnd Seybottengrun mit leuthen guten holtz feltt wifen vnd allen zugehorungen, jtem aylff guter hoff vnd selden zu Kawtendorff mit holtz wifen feltt vnd aller zugehorunge, jtem einen hoff zu Osseck mit seiner zugehorunge, jtem so sint mein Friderichs von Kotzaw reichslehen Kotzaw das slos halp mit teychen vischwassern holtz feltt ecker wifen vnd was dorzu gehortt, jtem acht vnd zweinzig gutt zu Kotzaw hoff vnd selden mit lewten guter holtz feltt ecker wifen vnd aller zugehorunge, jtem zwu wustung eyne zu Gopperßreutt vnd eyne zu Lichtentann mit jren zugehorungen, jtem ein gut zu Kotzaw das ich fortter von hant leybe, jtem mer hab ich Nickel von Kotzaw als der elter empfangen vnser gemein lehen die alweg der eltst von Kotzaw fortterer von hant leybett, die wir haben zum Hoff in der statt dauor vnd vff dem lande, die ich alle in das lehenbuch auch beschriben geben soll, Zu vrkund geben wir dem obgenanten vnserm gnedigen hern disen briff mit meynem Friderichs von Kotzaw anhangenden insigel versigelt des ich Nickel von Kotzaw mich hiemit gebrauch gebrechen halb dißmals aygens insigels Geben an donerstag sant gilgentag nach Cristi gepurtt virehnhundert vnd dornach jm acht vnd sechzigisten jare.

Non

A TERRA REGNITIANA DIVERSA.

Non autem tum temporis solum Burggravius Norimbergensis Kozauiam sacri Germanici imperii nomine contulit. Idem obtinuit sub initium seculi decimi sexti, quo liber Prouinciae Curianae exaratus fuit. Ita enim hic 1.) expresis verbis: **Das leycht mein gnediger herr von wegen des heilligen Reichs.** Isque est stilius adhuc. 2.)

§. XVII.

At si Ludouicianas 1.) inspicias, leges *Regnizhof sacro pertinere imperio.* 2.) Verum enim vero iam plane alia est conditio Kozauiae prae Curia Regnitiana. Reclude cuncta clientium Regnitianorum scrinia, et ne vnicam tabulam proferes, quae vel de sacro imperio hiscat.

§. XVIII.

Quid? quod Kozauia superior ipsa posita est ad confluentes Schwesnitii et Salae, 1.) atque adeo suum habet flumen, et potius, si vsus addiceret, in terra Schwesnitiana.

Tesferam autem hanc conferant ex nostrae Palladis vestibulo in ipsam eius aedem introituri, quo ea pateat.

ISAACVS FRIDERICVS LANGHEINRICH illuc deductum iri confidit a Viro Magnifico atque Celeberrimo Kappio, cuius patriae superiora dicaui, documentum Ipsi addictissimi, qui Ei vnice debeo, quod ante sedecim annos ab Amplissimo Curiae Senatu rogatus tum Ordinis Philosophorum Lipsiensis Perincliti Decanus Spectabilis vnanimi Collegarum Splendidissimorum suffragio ad munus, quod adhuc tueor, me commendaret, et inter adsesores istud Grauisimum Collegium me numeraret. Cui autem haec prius celebrarem, quam adolescenti, qui parente Gottofredo Christiano, dum viueret, SERENISSIMO patriae PATRI a Commissionibus et Curiae nostrae Consuli Amplissimo sibi natu priori tribus abhinc annis intercepto, cum maxime ei opus esset, vere desperaret de felici industriae suae progressu? Eam autem et si

S

qua

1.) Sub *Koczaw* fol. 238.

2.) Cuius quaedam specimina in *Analectis* meis aliquando v. *Kozau.*

§. XVII. 1.) Inspicias autem licet in mea Curia Regnitiana Ser. Burggr. Norimb. Aug. Hohenzolleran. Stirp. cit. ac vulgo creditur Vrb. §. I. et III.

2.) De quo aliquando, si Deus ad-


nuerit, in peculiari libello de Curia Regnitiana qui sacro imperio pertinuerit.

§. XVIII. 1.) Quod discas ex Wilio, Grosio, I.H.D. ad §. XIII. not. I. adlegatis, item Planero §. X. et Pachelbelio *Beschreib. des Sichelberg.* p. 36.

qua cuiusdam sinceram nullo scelere, qui mos est eius aetatis, interruptit, quin se cuilibet praeceptorum athenaei nostri super undecim annos probaret, nec solum probaret, sed et publice eo planius testaretur, quo altius eueheretur. Iam enim anno **MDCCXXXVII.** quo post examen publicum primanis adgregabatur, in Martinalibus, *An et qua tenus Reformatio Lutheri perfecta diceatur*, inquisiuit oratione Latina. Insequenti in nataliciis **PATRIS** patriae **INDVLGENTISSIMI** eodem ore *commilitones suae paupertatis submonens eis auctor erat, ut pro diuturna ILLIVS PRINCIPIS incolumitate eo ardentioribus precibus summum flagitarent Numen.* Anno tertio in nataliciis **EIVSDEM CELSISSIMAE CONIVGIS** vernacula *arcesebat exempla illustrissima a septentrione Christinae Suecorum Reginae et Elisabethae cum maxime imperium Rusorum felicissime gubernante, quo feminis fortem et prouidum animum in bellis vindicaret.* In his vero tantum abfuit, ut sibi de officio discipuli aliquid remitti cuperet, quod sibi arrogat, qui quam captant cumque occasionem partibus suis deesse, ut potius nunquam non prius et plus, quam ceteri, immo tot extra ordinem, quot alii vix ordine et coacte, exhiberet omnis generis exercitia effectus religiosioris animi et diligentis optimorum auctorum, quos de meo penu se cum deportabat frequentissime, lectionis domesticae.


IOANNES ANDREAS EYL hac tabula fortunarum suarum, quod patre Ioanne bono ciue et coquo eodemque sex et octoginta annorum aetate viribus et facultatibus plane exhausto duobus abhinc annis amisso plane passus est natu ultimus, naufragii teste prouoluet se ad genua Sacri Ordinis Fridericianae nostrae Grauisissimi, certa spe fretus, eum haud fore primum, qui istis fama conspicuis **Viris** a me commendatus repulsam ferat. Defecisset in hoc Tritonis circo, quem emensus est fere duodecim per annos, ni sacrae scholasticaeque rei nostrae Praesul Spectatissimus Vir Summe Reuerendus Seidelius eum per tres annos domi fouisset. Fecit dexteritatis suae praeter solita experimentum publice in auditorio maiori, in quod post examen publicum ante quatuor annos introierat, cum in Martinalibus anni **MDCCXXXVII.** *turbulenta tempora in Germania Reformationem et mortem Lutheri secuta, et anno post in nataliciis CELSISSIMAE patriae MATRIS acerrimos bellatores arma tum deponentes, iisdemque oliuas praeferentes, decantauit carmine vernaculo, venam ingenii benignam nactus.*

IOANNES ADAMVS GOTTLOB BARNICKEL decennium scholasticum



sticum in Curiano transiit non silentio, nisi ex disciplina Pythagorica. Ex tribus autem annis, quibus classem primam frequentavit, suo Marte prodiit vel vt lege scholastica ter adplaudente quoque bono. Primum *pax Aquisgranensis nouissima materiem praebebat votis in annum c1010ccxxxviii.* carmine Teutonico concipiendis. Deinde *fortis et in bellis prouidus animus, quem Incomparabilis MARIA THERESIA FRANCISCI I. Germanorum Augusti cum maxime felicissime imperantis Augusta Coniux vniuerso terrarum orbi conspiciendum dedit, ad vota pro incolumitate diuturna SERENISSIMAE nostrae FRIDERICAE SOPHIAE WILHELMINAE haud imparis excitabat orationem Gallicam, ni potius dixeris Francicam.* Ista vero eodem natali fausto fidere redeunte laetus soluebat carmine Latino *auditores exspatiatum ducens Plasenburgum imagines AVGVSTAE DOMVS BRANDENBURGICAE monstraturus, simul Deum precatus, vt EAM ea benignitate seruet, qua super magnas plurimasque virtutes, praecipue tenerrimo in ciues suos amore, ex tot, quibus floret, seculis consequi meruit.* Si plura cupis, impera ei aduersaria edere, quae vel me tacente clarissime loquentur, ne verbum quidem magistrorum suorum intercidere passum fuisse. Edat specimina, quae promptitudine non minus quam bene meditata stiloque probato se numquam non commendarunt libros melioris notae diurna nocturnaue manu versantis fructus mitiores. Laetor, ita cessisse disciplinam, qualem si omnes parentes domi seruarent, scholae immo ciuitates solidius flourerent, vt seruauit in hoc suo vnico filio Vir Amplissimus Ioannes Christophorus ICTus et curiae Curianae Syndicus Verfatisimus, cui sospiti incolumem aliquando reddant Ienae Erlangaeque Antecessores Iuris Illustres.

GEORGIUS CHRISTOPHORVS IOERDENS tertius est, quem reddo Parenti Optimo Viro Experientissimo Christiano Friderico, Medicinae Licentiato et vrbs nostrae Physico ordinario artem salutarem cum felici successu late exercenti, cui praepararunt intra Penates Splendidissimos illum Pater Fraterque natu maximus nuper Medicinae Doctor cum laude creatus. Suppetias ire prouocabar ineunte anno c1010ccxxxii, qui deducebam puerum in quartanorum subsellia. Qui Barnickelium, quem a matre proximo necessitatis gradu contingit, per ordines secutus est, nec patiebatur ab eius latere diuelli, vbi prodiret primum *in tot, quibus Aquisgranum inclaruit, primas deferens paci a. d. XV. Calendas Nouembres*



bres c1010ccxxxviii. *ibi subscriptae* oratione Latina, vt Germanica secundum *feminis fortem animum in bellis vindicans*. Adtentus magistris proposita stilo adsequi omnem operam nauauit, quoad ingenium addiceret. Ceterum soluit nauem bonae spei plenus, eam iri statutum, vbi Rednitium Erlangam adluit, quippe quod pro cognato colit Virum Excellentissimum atque Perillustrem Adamum Antonium de Meyern, SERENISSIMO patriae PATRI a Consiliis intimis, Fridericianae Erlangensis Curatorem et Cancellarium perpetuum, eiusdemque prouinciae Praesidem longe Grauisimum, qui Apollo Rednitianus pleno sinu recepit hac tenus fouitque de Curiano a me traductos.

ANDREAS CHRISTOPHORVS MEINEL quo citius vtroque parente orbatus fuit, amisit autem natu minimus patrem Ioannem Iobstium Rehauensium scholam, dum viueret, haud negligenter moderantem nouissime iam ex nouem annis, eo plures Curienfium, qui eum per integros decem annos alerent, sibi conciliauit felicissimo ingenio, quod assidua opera adprime subegit. Docuit hoc eius prompta responsio, sicubi euocaretur: docent eius specimina Mineruae haud ingratiis exhibita, quorum duobus adplausit Patrum conscriptorum confessus anno c1010ccxxxviii. priori enim quasi suo iure in superius auditorium fuerat traductus. Semel enim anno ineunte *admirabatur* Graeco ore *pacem Aquisgrani anno ante initam*; alterum carmine Latino haud inuenusto FRIDERICI sibi CLEMENTISSIMI *sapientiae et prudentiae post Deum ferebat acceptum, aerumnis, quibus tricenarium bellum patriam afflixit, nupero bello eam fuisse immunem* EIDEM natalem gratulaturus. EIVSDEM clementia fretus meditatur iter ad eiusdem Fridericianae Ordinem Sacrum Summe Reuerendum.

Iam cum quatuor priorum natale solum Curia, ea autem alma mater vltimi, quem isti submisit Rehauia vicina, commode accidit, vt Barnickelius meus suasu meo in Curiam suam penetraret, et de *Iudicio Urbico* scriberet, cui typis describendo Pater eius Optimus non negabat sumtus. Is igitur respondendo, ceteri obponendo, vt spero. publice declarabunt, in eius modi subinde se se exercuisse, quod Deus bene vertat. Rogo autem iterum iterumque, cito et frequenter confluant, qui cupiunt, educuntur hic, qui hic nascuntur, statimque ab infantia natale solum amare et frequentare consuescant. Si quis etiam fuerit, qui tenebras, quae diem nobis abstulerunt, discutiat, sibi perluadeat, nihil gratius nobis posse accidere, quam si vel haud prouocatus ea humanitate id faciat, quae nobis in quemque summa est. P. P. in vigiliis Annunciationis Iesu Christi nascituri D. Mariae factae c1010cccli.

Datum der Entleihung bitte hier einstempeln!

07. Jan. 1998

SÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK



2 0448230

Hist. urb. Germ. 716.

